

(solutis prius expensis.) &c. quia cum in iis negetur secundum ius retentio, ad iuris intellectum debere referri verba iudicis, dicunt Paul. Castrenf. Peregr. & Marefcot. ubi proximè.

Quod secus erit, quando sententia rem vnicam contineat, vel plures, sed ad eò conexas, vt vna sine alia stare non possit, quia tunc non fit restitutio, quousque meliorationes actor refundat, secundum Castrenf. ubi proximè ad Tiraquel. loco modo citato n. 12. & 13. Marefcot. num. 29. Boërius decif. 44. n. 19. Peregr. d. art. 50. n. 69. qui & Tiraq. reddunt mirabilia exempla.

66 Hoc tamen limitari placuit; quando expensæ, & melioramenta facta in vna re, eiusdem valore excederent, quia tunc in alia separata poterit etiam fieri retentio, ita limitat Boërius decif. 44. num. 17. vers. illud dictum Pauli. Marefcot. d. cap. 112. num. 30. Peregr. sub d. num. 69.

67 Quid autem & quando melioramentum respicit ius vniuersale, puta hereditatem, ad quam restituendam quis condemnatus fuit, nempe: secundum l. fi. C. de edi. diui. Adri.

68 an tunc vna res pro alia retineatur, & an, & quando ibi non possunt de facili liquidari expensæ, an sub fideiussione relaxanda sunt bona omnia, vide plenè per Ioan. Garci. de expens. & meliora. cap. 6. num. 19. per totum. ubi plures allegat, & obiter etiam Peregr. ubi prox. d. n. 69. in fi.

69 Vnum tamen non omitam, quòd iis casibus, quibus diximus, executionem sententia impediri, propter huiusmodi retentionem rei, ob expensæ in ea factas, debet saltem prius in genere constare, & apparere de illis. quo casu Rotæ stylus est, vt executor præfigat terminum condemnato opponenti de melioramentis, vt intra illud illa liquidet. Put. decif. 471. in fi. lib. 2. Peregr. decif. 18. lib. 2. & fuisse dictum in causa Roma. domus 18. Junij 1612. coram Cardi. Pamphi. & aliis sæpe, testatur Maref. variar. resolu. lib. 2. cap. 21. num. 31. & iterum cap. 112. n. 20.

70 & 32. qui quidem si intra prædictum terminum sibi præfixum, melioramenta non liquidauerit, proceditur ad executionem, quia tunc stante mora, non est amplius locus retentioni, ne sit in potestate opponentis propter moram liquidandi, sententia executionem retardare. Put. decif. 12. de re iudi. d. decif. 471. num. 2. vers. & tanto magis lib. 2. Peregr. decif. 16. lib. 2. & tenuit etiam Rot. in d. decif. Roman. domus. vt testatur idem Marefcot. d. cap. 112. num. 20. & 32. d. cap. 12. n. 1. num. 51. & tenet Socin. cons. 62. num. 3. lib. 1. Acorambo. decif. 8. Rota decif. 112. p. 2. diuers. quo casu non dicitur executor præpostera-

re ordinem executionis, & sententia. Vide sursum hoc c. n. 67. & supra.

Illud denique adde, quòd etiam in his casibus, quibus diximus; præpostertationem, & perturbationem ordinis causare nullitatem, limita vbi adest confessio partis, quæ omnino sanat omnes defectus processus, vt in terminis tenet Cardin. Tusc. practicar. conclusio. tom. 6. litera P. concl. 519. num. 11. & num. 20. Alexan. cons. 34. vso processu. num. 3. & num. 4. quem referens sequitur Tusc. ibi, & generaliter, quòd confessio partis validet omnes defectus ordinis iudicialis, & processus, latè Marcar. de probatio. lib. 1. concl. 244. num. 4. & concl. 357. num. 3. vbi de communi. Roland. cons. 31. num. 4. lib. 1. infinitos congregit Farinac. in practi. crimi. tom. 3. q. 81. cap. 2. à n. 66. cum pluribus seqq. vbi multis modis ampliat, pariter & limitat.

CAPVT. XIV.

De effectibus repositi excessus, & an tertio rei possessori non citato, etiam clerico, afficiat. & an fructus non expressos comprehendat. & an excessus totam vitiet executionem, vel is solus dumtaxat reponendus. & insuper facta semel executione, si res iterum deueniat in potestatem condemnati, aliæ executoriales nouæ an requirantur.

SVMMARIVM.

Executio reuocata & reposita, an afficiat tertio rei emptori, ipsius executionis virtute. n. 1.

Redduntur exempla. n. 2.

Res inter alios acta tertio non præiudicat, nec contra non nominatum in sententia eius executione comprehenditur. n. 3.

Executione sententia, cuius virtute tertius emptor possidet, reuocata, vt ipsa res non sit restituenda, sed pretium à creditore auocandum, quia dixerit. n. 4.

Executione reuocata, cuius vigore creditor in solutum rem accepit, restituenda res est cum legitimis accessionibus. n. 5.

Reuocata executione in gradu appellationis, creditorem damnandum ad res ablatas restituendas, vel æstimationem, damna, & expensæ, qui dixerint. n. 6.

Azebeti sententia in re hæc refertur. n. 7.

Tertio emptori in subhastatione pro executione, hæc reuocatur, illi nocet citatio. n. 8. & 9.

Res insolutum data mulieri virtute executionis, qua in gradu appellationis reuocata fuit, an hæc

hæc reuocatoria exequi possit contra virum, cui hanc rem appellacione pendente dederat in dotem mulier. n. 10.

Sententia infirmatoria executionis, cuius contemplatione tertius vel per subhastationem, vel aliter, rem possidet, ipsi tertio etiam non citato, & etiam clerico officit, & in illum directio exequitur. n. 11.

Tertius possessor rei subhastata, vigore executionis à qua est appellatum, non habet ius in ipsa principaliter, & deperse, sed dependens causatum & derivatum à iure principali creditoris, pro cuius iure res subhastata fuit. n. 12.

Sententia lata cum eo cui principaliter negotium tangit, præiudicat habentibus ius secundario, & in consequentiam, & derivatum ab illo, etiam non citatis, & ignorantibus. n. 13.

Sententia infirmatoria executionis per appellacionem reuocata, cuius occasione tertius possidet rem subhastatam, lata contra creditorem cui principaliter tangit, & est legitimus contradictor, officit ipsi tertio etiam non citato, cui res tangit in consequentiam. n. 14.

Commodum secundario contingens non est considerabile. n. 15.

Principale quod agitur inspicitur, non quod venit in consequentiam & accessorie. n. 16.

Actus non dicitur factus in præiudicium illius cui principaliter non obest, sed secundario. num. 17.

Origo à qua cetera vim capiunt, magis attenditur & nobilior habetur. n. 18.

A radice infecta procedens, pullulare non potest. num. 19.

Ex eadem radice si multiplex vitium nascitur, eodem modo tollitur & resoluitur. n. 20.

Vitium paruum in principio totam massam corrumpit. n. 21.

Origine falsitatis data, omnis actus dependens est nullus. n. 22.

Fundamento sublato totum ædificium corrui. num. 23.

Fundamento deficiente superædificari non potest. num. 24.

Principio omisso, non potest fieri transitus ad extremum. n. 25.

Causa prima semper representatur in secunda in quam insiuit. n. 26.

Auctoris iure resoluta resoluitur ius tertij absque facto hominis, sed iuris ministerio. n. 27.

Sententia lata super causa, censetur lata super causato. n. 28.

Provisus de quarta portione, cuius vigore optauit dimidiam, & successiue integram, sententia declarans primam provisionem nullam, in portione optata exequitur. n. 29.

Clericus beneficium priuatus ob contumaciã aliquam, non verò delictum, & alteri collatum, si comparis absoluitur, illud recuperat à tertio. n. 30.

Causatiue multa permittuntur que alias directio non permitterentur. n. 31.

Iudex secularis licet non possit directio clericum coram se litigantem compellere ad compromittendum, potest tamen causatiue denegando illi audientiam. n. 32.

Euictio per sententiam canonicatui quem quis optauerat, dimissa portione que alteri fuit collata, huic nocet sententia etiam non citato, quia ad portionem redit condemnatus. n. 33.

Et idem erit si plures gradatim optauerint, quia primus optans, condemnatis ceteris gradatim officit. n. 34.

Defectus in primo gradu, qui est causa aliorum successiue, primo gradu euicto restituitur aduersus secundum, & iste aduersus tertium, & sic de singulis, quia insiuit in causato. n. 35.

Minore restituito per sententiam aduersus venditionem, cuius causa veltigal soluit, sententia officit publicano. n. 36.

Restitutio redigit omnia ad pristinum statum etiam aduersus tertium. n. 37.

Condemnato retractante rem aditam intra tempus legis, veltigal à publicano recuperat etiam, cuius ius pèdebat ab hac causa variabili. n. 38.

Restitutio facta iuris dispositione, ex causa qua inest à primordio tituli, præiudicat tertio, & contra cum operatur. n. 39.

Restitutio per viam iuris inheret à primordio, ita vt ius transferentis non fuerit liberum à principio, quod ideo rescissio est subiectum. n. 40.

Restitutio iuris ob iniustitiam, comprehendit bona ablata, & in fiscum incorporata, sed alienata in tertium possessorem. n. 41.

Restitutio à Principe facta etiam ex gratia, dicenti haberi pro non facta confiscationem, & esse irritam, ius tertio tollitur, & omnia promouentia ex tali condemnatione resoluuntur. num. 42.

Sententia reuocata per aliam, prima dicitur illicitè præcessisse, & omnia acta pro illicitè attentatis corrumpunt ipso iure. n. 43.

Executio vigore sententia postea reuocata, consideratur retro ac si facta non sit, nec sententia lata. n. 44.

Reuocata executione, cuius contemplatione tertius possidet, ipse comprehenditur. n. 45.

Qualitas resolutiua transit in tertium emptorem vigore executionis, quia inheret à primordio. num. 46.

Ius tertij ex causa executionis non est actus stans deperse, sed dependens à iure creditoris. n. 47.

Ad rescissionem antecedentis, sequitur rescissio subsequens. n. 48.

Iura duo causata ex vna radice, vna ambo rescissione tolluntur. n. 49.

Tertius rei emptor in subhastatione comparens in appellationis iudicio, vel citatus, vel sua sponte, aliter rem illam & possessionem defendere

dere non potest, quam ex iure creditoris, à quo suum secundario dependet. n. 50.
 Tertium in possessorem ex subhastatione executio postea reuocata inluit, qui rem restituere tenetur. n. 51.
 Reuocata executio cuius contemplatione tertius possidet, ipsi nocet. n. 52.
 Sententia si facit ius quoad omne, lata contra principalem, nocet etiam tertio possessori. n. 53.
 Rescissa executione per appellationem retro, nihil factum esse intelligitur, & eius vigore venditio habetur pro non facta, & bona à quolibet possessore restituntur, ac si à potestate domini exissent. n. 54.
 Tertio emptori vigore executionis ius acquiritur reuocabiler, & obnoxium appellationi ab executato interposita. n. 55.
 Tertius in executione rem subhastat cum qualitate, & tacita conditione resolutina, & variabili à principio, sciens rem vendi ex iure litigioso. n. 56.
 Actum gerens submittitur legibus & conditionibus eiusdem. n. 57.
 Qui cum alio contrahit, vel scit, vel scire debet eius conditionem. n. 58.
 Executio, cum occasione ob venditionem gabellarius perceperat decimam per appellationem, reuocata tertio gabellario etiam non citato nocet. n. 59.
 Quia cum legitimo contradicere lata est rescissoria, & ideo nec appellare potest ab ea gabellarius, nec alium recursum habere nisi doceat de solutione. n. 60.
 Recisa alienatione à iure, vel à iudice, executio procedit contra singularem possessorem. n. 61.
 Sententia lata contra authorem, nocet successori etiam non citato, ex capite iuris resolutiui. num. 62.
 Sententia infirmatoria executionis, cuius contemplatione tertius possidet, illi etiam clerico officit non citato. n. 63.
 In tertium emptorem executio locum habet vigore pacti de non alienando apposite hypotheca. num. 64.
 Pactum de non alienando ut operetur executionem in tertium, an debeat apponi hypotheca speciali, an sufficiat generali. n. 65. remissiuè.
 Sententia lata inter creditorem & debitorem, sufficit etiam si non citetur tertius possessor hypotheca, cui pactum de non alienando erat appositum, ut in eum executio procedat. n. 66.
 Executione reuocata, omnia retro indicantur irrita & infecta ipso iure. n. 67.
 Excessus à principio causat nullitatem manifestam in executione. n. 68.
 Possessione non priuat executor inordinate procedens, nec acquiritur ei cui tradidit. n. 69.
 Executor secularis an possit sententiam repositiois executionis, cuius contemplatione clericus

possidet in hunc exequi, & rem auocare declinantem. n. 70.
 Executor secularis sententia lata inter laicos erit competens cognoscendi, an sententia officias clerico, ut tertio coparenti & declinanti. n. 71.
 Clericus ad impediendam executionem sententia lata à iudice laico ratione sue possessionis, debet coram eo oppositionem facere. n. 72.
 Clericus si uoluerit contradicere missionem in possessionem petitam à laico, debet iudicem laicum adire. n. 73.
 Clericus executioni facta à iudice laico se opponens debet coram eo de sua possessione summam docere, ut declinatoria locum habeat. n. 74.
 Neapolitana vicaria cognouit de oppositione & declinatoria clerici coparentis executioni sententia lata in eadem vicaria. n. 75.
 Affecta res si transeat in clericum, quam detineat eius respectu, iudici seculari non tollitur iurisdictio. n. 76.
 Possidere quem vel in possessione esse, quaestio est facti non iuris. n. 77.
 Iudex laicus competens est de facto rei spirituali incidenti. n. 78.
 Sententia executionem ad impediendam de solo & uero facto possessionis tertij oppositoris cognoscitur & tractatur. n. 79.
 Iudex laicus à se capto opponente esse clericum cognoscit ad effectum ut nullatenus differatur remissio, & de ratione. n. 80.
 Iudex secularis potest cogere clericum ut sibi ostendat ea, quae est allegaturus coram Ecclesiastico, ut uideat an sint concludentia, alias procedet. n. 81.
 Laici omnes presumuntur quandiu de contrario non ostenditur. n. 82.
 Declinatoriam opponere debet captus, & ostendere titulum clericatus, cum sit fundamentum sua intentionis, de quo cognoscit laicus, ut sciat an captus de sua sit iurisdictio. n. 83.
 Possessionis suae conseruationem petens dicitur defensor, non actor. n. 84.
 Tertius possessor alias reus, opponens se executioni trium conformium, actoris partes sustinet, & si est clericus, non declinat iudicis laici iudicium. n. 85.
 Actor dicitur, qui alium ad iudicium prouocat, etiam si alias sit reus. n. 86.
 Captus profuga si citat ad iudicium ut declaretur captura nulla, in iudicio nullitatis dicitur actor. n. 87.
 Clericus si sententiam per secularem latam nullam dicit coram iudice seculari, debet nullitatem proponere. n. 88.
 Executor laicus an possit exequi in clericum sententiam inter laicos, & à laico latam, quae illi ex natura causae secundario & in consequentiam, vel alias, omnino de iure preiudicat, vel an requisitoria litera sint necessaria. n. 89.

Iudex

Iudex secularis eligens clericum ut depositarium, potest & ipse cognoscere ut depositum restituatur. n. 90.
 Et quid actualiter cogere, Marta opinio refertur ibi. & n. 105.
 Iudex secularis clericum deputans sequestrum, cognoscit de ipso restituendo. n. 91.
 Sed executio per quem iudicem sit facienda actualis, Marta opinio refertur. ibidem. resoluitur. n. 105.
 Iudicem secularem casibus quibus potest contra clericum ferre sententiam, eam non posse exequi, sed ecclesiasticum ad eius instantiam, qui teneant. n. 92.
 Sententia inter alios lata exequitur de recto, & sine nouo processu in possessorem rei litigiosa. n. 93.
 Litigij vitium omnes etiam ecclesiasticos ligat. n. 94.
 Sententia lata per iudicem laicum licet clericum tertium rei litigiosa possessorem noceat, an possit per eum exequi in clericum, Marta opinio refertur. numero 95. reprobatur. numero 122.
 Iudicem laicum posse sententiam à se latam contra clericum casibus quibus cognitio iure pertinet vel aliter, sententia ex natura causae nocet clerico realiter in eius bona exequi, ut uerit opinio resoluitur. n. 96.
 Iudici seculari eadem ratione qua sibi causa cognitio in clericum pertinet, ita etiam executio in temporalibus. n. 97.
 Executio sententiae ad illum iudicem debet spectare qui de causa principali cognoscit. numero 98.
 Iudex ecclesiasticus casu quo de laico cognoscere potest exequi, tamen non potest in illius bonis temporalibus. n. 99.
 Bona temporalia clericorum cum sint in territorio Regis, illi subiiciuntur. n. 100.
 Ecclesiasticus iudex ultra ambitum ecclesiae & pertinentia ad spiritualia, nullum censetur habere territorium. n. 101.
 Ordinarius in casibus quibus potest contra Religiosos & alias exemptos à sua iurisdictioe procedere, potest suam exequi sententiam absque literis requisitoris. n. 102.
 Gabellam debitam à clerico negotiatore, potest iudex laicus exigere & exequi in temporalibus captis pignoriibus, salua tamen persona. numero 103.
 Clericus an sit negotiator nec ne ad effectum exequi gabellam, si sit dubium, iudex secularis cognoscit. n. 104.
 Iudex laicus clericum à se depositarium, seu sequestrarium electum, potest compellere captis pignoriibus ad restitutionem depositi & sequestrati. n. 105.
 Casus plurimi remissiuè recensentur quibus in Salgado de protect. Reg. Tom. II.

dex laicus contra clericos procedit, & actualiter exequitur in eorum temporalibus bonis, & compellit captis pignoriibus. numero 106.
 Marta opinio reprobat, quia loquitur contra commune (ut asserit.) n. 107.
 In clericum nulliter nanciscentem rem casu quo fingitur illam non exigere potestatem laici, executio procedit per laicum iudicem, ut in exemplis. n. 108.
 In clericum tertium possessorem rei, cui erat appositum pactum de non alienando, executio fit directo per iudicem secularem. numero 109.
 Litigiosam rem alienatam lite pendente in clericum, potest iudex secularis ab illo auocare, & in eum sententiam latam exequi. numero 110.
 Vincentij de Franch. opinio & fundamentum refutantur. n. 111. & seqq.
 Reciso alienationis in fraudem requirit ordinem iudicalem. n. 112.
 Alienatio in fraudem parata executionis ex actione personali an requirat reuisionem. numero 113.
 Alienatione facta capto iudicio super actione personali, executio fit in tertium possessorem. n. 114.
 Alienatio facta duntaxat in fraudem creditoris, scilicet ante motam litem super actione personali, requirit reuisionem iudicium. numero 115.
 Possidere qui dolo desit pro possessore habetur. n. 116.
 Alienatione facta in clericum, vel alium, simulatè, ita ut appareat rem non exire de potestate conueni, vel conueniendi, etiam in illum per laicum iudicem fiet executio. numero 117.
 Alienatione dolosa verificata in tertium fit executio. n. 118.
 Clericus factus per delictum perpetratum in fraudem, condemnatur per secularem, & in eius temporalibus ipse exequitur penam pecuniariam, salua tamen persona clerici. numero 119.
 Privilegium per fraudem acquisitum nihil prodest acquirenti. n. 120.
 Iudex secularis magis dicitur iudex causa quam clericus, quando post delictum fraudulenter suscipit ordines. n. 121.
 Marta opinio reprobat assentis, in clericum rei litigiosa possessorem non fieri executionem per iudicem laicum. n. 122.
 c. eccles. clem. 1. ut lite pendente. interpretatur. n. 123. & seqq.
 Summus Pontifex est dominus temporalis urbis Romanae, quia est de patrimonio Ecclesiae. numero 124.

Possessio vigore l. fi. C. de edicto diui Adria. clerico data per iudicem laicum, comparente legitimo tertio oppositore, reuocanda est per eundem laicum, cuius iurisdictionem clericus non declinat. n. 125.

Clausula (saluo iure, &c.) in missione ex l. fi. de edicto diui Adria. tacite subintelligitur, si non apponatur. n. 126.

Res per clericum adepta vigore executionis attentata excessiua, inordinata, aut aliter nulla, postmodum recisa, ab eo auocari potest per iudicem laicum. n. 127.

Possessione non primat executor nulliter procedendo, nec ab accipiente acquirunt. n. 128.

Clericus possessione carens rei executionem non impedit. n. 129.

Iudex Ecclesiasticus non potest inibere executori laico exequenti clericum in temporalibus, in casibus quibus sententia à seculari lata virtualiter & ex natura causa aliterve praeiudicat clerico. n. 130.

Inhibere iudex ecclesiasticus poterit executori laico, exequenti clericum sententiam per laicum latam clerico tertio nullatenus praeiudicantem. n. 131.

Inhiberi secularis iudex tunc potest, quando contra clericum nequit procedere. n. 132.

Ab inhibitione appellatio quando tollat impedimentum iudici laico inibito, ut liberè possit procedere. n. 133. remissiuè.

Inhiberi executor laicus quando contra clericum potest sententiam exequi, quia illi praeiudicat an possit ante captam executionem. numero 134.

Inhibitionem si expediat ecclesiasticus iudex in laicum, antequam incipiat cognoscere de questione facti incidenter rei spiritualis, an vltimè possit valide se introumittere secularis. n. 135.

Repositionis sententia ob excessum executionis, an fructus comprehendit etiam si non exprimat. n. 136.

Sententia ad non expressa non porrigitur, cum sit stricti iuris. n. 137.

Fructus suos facit qui auctoritate & sententia iudicis possidet tanquam bone fidei possessor. n. 138.

Fructus suos an faciat iudicis auctoritate possidens etiam sine titulo, vel eo inualido. numero 139.

Executione aut sententia annullata siue recisa, cuius contemplatione quis possidet, rem cum fructibus restituit. n. 140.

Tituli resolubilis virtute possidens facta resolutione, res cum fructibus interim perceptis restituntur. n. 141.

Causa quando reducitur ad non causam, & titulus ad non titulum, res cum fructibus restituntur à possessore. n. 142.

Titulus habens ortum à causa irrita, vel ad non titulum redactus, non operatur fructuum acquisitionem. n. 143.

Possessionis apprehensio etiam iudicis auctoritate ad non possessionem redacta, res cum fructibus restituitur. n. 144.

Fructus cum re restituntur, irrita aut annullata sententia, cuius contemplatione quis possidebat. n. 145.

Fructus restituit cum re is, cui virtute decreti annullati possessio adiudicata est propter debitum, & licet pro parte veri debiti. n. 146.

Bona vendita virtute pretij reuocati postea per appellationem, restituntur cum fructibus perceptis à creditore. n. 147.

Fructus restituntur ei cui bona vendita ob debitum ex iustitia reddi iubentur. n. 148.

Fructus percepti vigore sententia & executionis, iam per viam appellationis, quam reuisionis reuocatae restituntur. n. 149.

Fructus etiam percipiendi vigore executionis recise sunt restituendi. n. 150.

Fructus perceptos, & quos percipere potuit, praestat attentans, etiam si in sententia non exprimat, dummodo sint percepti à tertio, à condemnato attentante causam habente. n. 152.

Fructus à se perceptos praestat attentans condemnatus, licet euiet executionem pro ijs quos percipere potuit, quando dat tertium qui illos percepit. n. 153.

Fructuum condemnatio verificatur in perceptis à tertio habente causam ab attentante condemnato. n. 154.

Dos data filiae ultra taxam legis regia reuocatur cum fructibus. n. 155.

Executionem annullantes senatores ob non seruata formam iuris per executionem, quemadmodum bona vendita faciant restituere, & quando fructus cum intersurario debiti compensentur. n. 156.

Excessus est attentatum. n. 157.

Excessus ad instar attentati reponitur. n. 158.

Excessus commissionis causat attentatum, quo omnia attentatorum requisita concurrunt. numero 159.

Excessiua executionis contemplatione possidens, pariformiter ut attentans ad fructus tenetur percipiendos. n. 160.

A fructibus non excusat bona fides, & auctoritas iudicis illum, qui virtute sententia reuocatae possidet. n. 161.

Sententia reuocata dicitur illicite praecessisse, & retro acta pro attentatis corrumpit ipso iure. n. 162.

Fructus quilibet etiam bone fidei possessor lite pendente perceptos tenetur restituere. numero 163.

Retractata sententia tacite retractata, intelligitur executio eius vigore facta, omniaque qua victor

victor eius occasione habuit, in pristinum restituntur. n. 164.

Reuocata sententia tacite executio reuocata intelligitur, ita ut bona capta relaxentur eodem imperio, quo fuerunt concessa ac si facta non fuisset executio. n. 165.

Commissio executionis precedente sententia nulla idem valet, veluti si nulla lata fuisset. n. 166.

Reuocata sententia non praestat bonam fidem, quoad fructuum acquisitionem. n. 167.

Ab executorialium executore appellatio emissa, solet delegari cum clausula (parito iudicato.) n. 168.

Clausula (parito) operatur ut appellans non queat audiri nisi integrali peracta executione. n. 169.

Clausula (parito) tribuit iurisdictionem conditionalem, quatenus sit paritum iudicato, non aliter. n. 170.

Clausula (parito) stante, ante omnia possessio dimittenda, & fructus seu expense vsque ad obolum restituendi, alias gesta erunt nulla ex defectu iurisdictionis. n. 171.

Quod procedit etià si fiat fructuum oblatio, etiam liquidorum, cum sint cum effectu restituendi, ut tollatur iurisdictionis suspensio. n. 172.

Executor secundus ad rei restitutionem cum clausula (parito) an excedat procedendo ante partitionem illorum fructuum, qui tacite & virtualiter in sententia subintelliguntur. n. 173.

Clausula (parito iudicato) non operatur ultra iudicatum. n. 174.

Marescoti opinio refertur asserentis clausulam (parito) non operari in partitione fructuum, quando restituit mandatum. n. 175.

Obligatus vigore instrumenti ad rem & interesse, si dumtaxat sit condemnatus ad rem, clausula (parito iudicato) non operatur respectu interesse non expressi. n. 176.

Fructuum partitionem tacite subintellectorum in sententia operari clausulam (parito) verius ostenditur. n. 177.

Fructuum condemnatio per iuris subauditionem facta intelligitur, ubi res mandatur restitui, & verbo (restituere) sententia vsa est. numero 178.

Expressum dicitur in sententia, quod ex ea tacite subintelligitur, & necessario inferitur. numero 179.

Clausula (parito iudicato) operatur in eo, quod tacite subauditur, & inest in sententia, licet non exprimat. n. 180.

Perinentie liquidanda in executione sententia generalis, licet in ea non sint expresse, comprehenduntur sub clausula (parito iudicato.) num. 181.

Clausula (parito) operatur in omnibus, quibus sententia transit in rem iudicatam, vel alias meretur executionem. n. 182.

Rescriptum Principis recipit interpretationem Salgado de protect. Reg. Tom. II.

à iure, cum quo se conformare censetur. numero 183.

Sententia lata cum legitimo contradicatore, qui primas defensionis partes occupat, nocet habenti ius secundario, & in consequentiam. num. 184.

Clausula (parito) operatur contra illum, cui virtualiter & secundario res indicata nocet, etiam non citato, nec expresso in ea. numero 185.

Clausula (parito) operatur contra tertium rei litigiose emptorem, à condemnato, habentem causam siue immediatè, siue mediatè. numero 186.

Tertio opponenti exceptionem releuantem res indicata non nocet. n. 187.

Clausula (parito) non operatur quando res iudicata non afficit rem aut personam. numero 188.

Exceptio releuans vel non, secundum naturam iudicij executi qua dicatur, remissiuè. numero 189.

Clausula (parito iudicato) nihil operatur in sententia nulla, quia non meretur executionem. num. 190.

Clausula (parito) non operatur in sententia notorie iniusta patente ex actis. n. 191.

Excedit executor cum clausula (parito iudicato) si ante partitionem fructuum virtualiter comprehensorum in sententia, qua vitur verbo (restituere) procedat in principali. numero 192.

Sententia non probat ultra id quod ex ea necessario inferitur. n. 193.

Marescot. explicatur. n. 194.

Excessisse executores ubi sit declaratum, an tota executio reponenda, an pro parte excessus dumtaxat. n. 195.

Mandatum iudicis relaxatum ultra summam debitam, in totum est nullum, & reuocatur. num. 196.

Mandatum relaxatum partim ex causa falsa, partim ex vera, in totum est nullum, etiam pro summa debita ratione indiuiduitatis. numero 197.

Sententia ratione excessus in totum est nulla, cum sit indiuidua. n. 198.

In solutum datum, & adiudicatio, si non fiat pro mensura debita, reuocatur in totum. n. 199.

Fideiusso pro maiori summa, non valet, etiam pro minori summa, ad quam tenebatur, secundum veriorem opinionem. n. 200.

Fideiusso non obligari in plus quam principalis, est forma legis. n. 201.

Fideiusso in accessorijs, & respectu pena, valet in plus quam principalis. n. 202.

Locatio per Ecclesiam facta ultra nouem annos, nec in tempore permisso sustinetur. n. 203.

Excessus aliud quid est diuersum & separatum à senten

sententia & executione. num. 204.
 Actus totus propter excessum non vitatur in di-
 uisibilibus. n. 205.
 Sententia continente diuersa capita licet annul-
 letur, excessus pro ceteris sustinetur. nume-
 ro 206.
 Executio tota si propter excessum executoris re-
 uocaretur, res iudicata rescinderetur. nume-
 ro 207.
 Ab excessu appellatio super eo duntaxat deuoluit
 cognitionem. n. 208.
 Condemnatus in expensis non potest appellare à
 tota taxatione executoris, sed ab excessu, quia
 foret appellare à sententia transacta in rem
 iudicatam, & eius petere rescissionem. nume-
 ro 209.
 Executio reuocatur propter excessum in summa,
 non tamen ipsum mandatum executiuum. nu-
 mero 210.
 Index superior de appellatione ab excessu cogno-
 scens non potest se intrromittere in totius execu-
 tionis reuocatione, cuius cognitio ad eum non
 est deuoluta, sed excessus duntaxat. n. 211.
 Appellatio à sententia nullitatis alterius senten-
 tiæ, non deuoluit cognitionem super eius iniur-
 titia. n. 212.
 Excessum duntaxat reponendum, non totam execu-
 tionem, qui probant, ubi de communi praxi.
 n. 213.
 Decretum non reuocatur in totum, sed pro parte
 excessus & erroris, quando ex actis de veritate
 apparet. n. 214.
 Excedens modum defensionis non punitur pro to-
 tis percussioibus, sed pro excessu duntaxat.
 num. 215.
 Excessus separabilis vitatur, sed non vitatur to-
 tum. n. 216.
 Executione sententiæ semel facta, si res in po-
 testate condemnati iterum deueniat, an noua
 condemnatio ad illam auocandam sit necessa-
 ria, vel idem executor sufficiat. n. 217.
 Causa que semel effectum suum produxit, licet
 postea cesser effectus, tamen non cessat. nu-
 mero 218.
 Obligatio semel extincta non reuiuiscit, etiam si
 res redierit ad priorem statum. n. 219.
 Condemnatus vel obligatus ad rem tradendam,
 si semel tradiderit, liberatur, & obligatio non
 reuiuiscit, licet eadem res ad obligatum redie-
 rit. n. 220.
 Delegatus super nouiter attentatis caret iurisdi-
 ctione, nisi super executione intra annum.
 num. 221.
 Instrumentum semel executum, & bonorum fa-
 cta adiudicatio, non poterit iterum agi via
 executiua, prætextu quod non potuerit conse-
 qui rem adiudicatam. n. 222.
 Sed via ordinaria ager ad manutentionem bono-
 rum. n. 223.

Idem in interdico quorum bonorum, & here-
 ditatis petitione semel concessa. n. 224.
 Condemnatus ad rem restituendam semel facta
 restitutione, si iterum recuperet, non intel-
 ligitur ab obligatione iudicati liberatus. nu-
 mero 225.
 Condemnata ciuitas ad subuersionem murorum,
 si semel dirutis iterum eos readificet, non sa-
 tisfacit sententiæ, quia debent manere destru-
 ti. n. 226.
 Executorialibus semel executis & incontinenti,
 non ex interuallo si res ipsa ad condemnatum
 reuertatur, restituenda est iterum earundem
 executorialium virtute. n. 227.
 Iudex delegatus postquam sententiam tulit, &
 semel fuit executus, eius expirat iurisdictio.
 n. 228.
 Delegatus si facta suo sententiæ executione con-
 demnatus statim rem ulterius occupet, po-
 test suam sententiam iterum exequi. nume-
 ro 229.
 Possessionem adeptus non videtur qui statim eam
 amisit. n. 230.
 Possessio per primogenitum apprehensa que non
 durauit, non censetur adepta, quoad varia
 iuris remedia. n. 231.
 Exequi non videtur iudicem cuius executio fuit
 perturbata. n. 232.
 Possessionem beneficii non videtur nancisci pacifi-
 cam, quia statim fuit turbatus quoad ordinum
 obligationem. n. 233.
 Factum non dicitur, quod non durat factum.
 n. 234.
 Fuisse non videtur, quod parum durauit. nume-
 ro 235.
 Solutio rei debite non est in consideratione, que
 non durauit. n. 236.
 Defendisse non sufficit, si non durat defensio.
 n. 237.
 A iudice iussu ut domum exeat, si semel exi-
 nit, & iterum redeat, non videtur exiisse.
 n. 238.
 Medicus promittens curare infirmum, si curet,
 & illico re incidat agrotus, non videtur curasse
 à primo morbo, secus si ex longo interuallo.
 n. 239.
 Possessionem recuperans incontinenti, fingitur
 nunquam eiectus. n. 240.
 Dominij translatio non consideratur que momen-
 to durauit. n. 241.
 Sententia contra turbatorem lata, & præstita
 cautione, si turbet & dicat ex noua causa, non
 auditur, si executio fuit de recenti, secus si lon-
 go interuallo. n. 242.
 Sententia dicitur executata, quando aliquo tempore
 permanfit. n. 243.
 Executoriales intelliguntur intra annum execu-
 tæ, si fuerit sortita effectum. n. 244.
 Clausulam (defendas inducitur) in executori-
 alibus,

rialibus, quanto tempore duret, varia referunt
 Doctorum opiniones. n. 245.
 Executorialium potestas cum clausula (defendas
 inducitur) extinguitur anno, si sortita fue-
 rint effectum, qui per integrum annum perdu-
 raui. n. 246.
 Sententia semel executata in habentibus tractum
 successiuum, si res iterum ex interuallo deue-
 niat in potestatem condemnati, iterum exe-
 quitur. n. 247.
 Executio capta & nondum perfecta, durat perpe-
 tuo & debet finire. n. 248.
 Executor datus ad exequendum si in parte exe-
 quitur, non est functus officio donec plene per-
 ficiat. n. 249.
 Lis non dicitur finita per rem iudicatam, donec
 exequantur executoriales & possessio apprehen-
 datur. n. 250.
 Executoriales non expirant per triginta annos
 capta iam executione. n. 251.
 Factum non dicitur, dum aliquid remanet facien-
 dum. n. 252.
 Actus non dicitur perfectus, si est partim factus,
 & partim non. n. 253.
 Perfecta rei nihil addi potest. n. 254.
 Soluisse non videtur qui totum non soluit. nu-
 mero 255.
 Attentatum non dicitur purgatum nisi sint om-
 nia purgata, & usque ad unum nummum in
 pristinum reposita. n. 256.
 Reuocationis sententiæ ob excessum quando sa-
 tisfactum censetur, multa remissiuè. nume-
 ro 257.
 Executione reuocata cuius contemplatione quis
 possidet, an possit rem ex alio capite, aut iure
 retinere. n. 258.
 Partem negotiuam qui teneant, referuntur. nu-
 mero 259.
 Qui partem affirmatiuam teneant. numero 260.
 & 261.
 Mandatum relaxatum pro maiori summa, susti-
 netur etiam in excessu, si creditor eo tempore
 creditor sit, equalis aut maiori summa, quam
 sit excessus mandati. n. 262.
 Condemnatus ad rei restitutionem, illam potest
 retinere, donec sibi de melioramentis satisfiat.
 n. 263.
 Excessum reponere potest de facto, & proprio mo-
 tu reponere ipsemet executor qui excessit. nu-
 mero 264.
NON possum non fateri, ingentem in
 se continere difficultatem, & apud
 omnes scribentes ceterosque iuris peritos,
 variam resolutionem habere quæstionem il-
 lam; an excessus repositio tertium rei pos-
 sessorem comprehendat. Sit exemplum, in-
 ter exequendam quantitatem excedendo
 executor rem tertio emptori tradidit, reus
 Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

ab excessu appellans repositionem obtinuit,
 sibi que rem ablata restituit, executor il-
 lam à tertio emptore non citato auocare in-
 tendit, vt reuocationis & repositionis sen-
 tentiam exequatur.

Vel aliàs quando executor executoriales 2
 exequendo pro quantitate, pro qua rem in
 subhastatione puta, vendidit, postmodum
 reus appellans ob aliquem executionis de-
 factum, eius reuocationem obtinuit, sibi que
 reddenda bona iubentur executi; an tertio
 emptori non citato, ad prosecutionem ap-
 pellationis noceat reuocatio, ita vt fit ab eo
 res empta auferenda.

Et pro parte negatiua, imò quod ei non
 noceat repositionis sententia, vrgent notifi-
 catio iuris principia; etenim iste tertius ratio-
 ne sui interesse, iudicis autoritate, iusto ri-
 tulo & bona fide quæsit, citari debuerat, aliàs 3
 sententia ei non præiudicat, latissimè multa
 scitu dignissima congestimus hac 4. p. cap. 8.
 de person. ad person. à princ. nec sufficit, si
 lis agitata sit, appellatioque prosecuta in-
 ter debitorem, & creditorem puta; quia res
 inter alios acta, tertio non præiudicat, toto
 tit. res inter alios acta, &c. de quo etiam multa
 in d. cap. 8. vbi latè, quod non nominatus
 in sententia, eius executione non compre-
 henditur.

Hinc dicit Vincent. de Franch. decis. 120. 4
 num. 8. p. 1. quod reuocata sententia in gradu
 appellationis, virtute cuius tertius posside-
 bat rem venditam, pro primæ sententiæ
 executione, quod non fit res ipsa restituenda
 vincenti, sed tantummodo ad eum danda
 æstimatio, executioque ad pretium contra
 aduersarium suum, alleget Bal. in stru. colu.
 fin. num. 47. in fin. C. de bonis aucto. iudic. poss.
 quod quidem tunc non procedere, dicit ipse
 Vincent. de Franch. quando res ipsa repe-
 riatur in potestate creditoris, puta; quia ei
 fuit pro debito adiudicata, quia tunc post-
 modum reuocata executione, ipse creditor
 victus teneretur rem restituere cum legiti-
 mis accessionibus, iuxta auth. qua supplicatio.
 C. de precibus Imperat. offeren.

Rebut. autem alia tendit via, in tract. de
 literis obliga. art. 5. gloss. 6. dicens, quod reuo-
 cata executione in gradu appellationis, tunc
 cõdemnari debere creditorem ad restituendas
 res venditas in subhastatione, vel æsti-
 mationem illarum, & ad damna, & interes-
 se cum expensis, per text. in l. cum ex causa.
 ff. de appella. & l. Chirographis. §. 1. ff. de admi-
 nist. tuto. & in hanc Rebuti sententiam, &
 opinionem adducit Azebet. in l. fin. tit. 2. 1.
 lib. 4. recopi. num. 139. l. 47. cum tribus seqq. tit.
 13. p. 5. & totum titul. C. si vendito pignore
 agatur.

7 Ipse tamen Azebet. ibi aliter esse hoc casu procedendum, ut melius existimat, inquit enim, se credere, quod si tempore ultimae sententiae reuocatoriae executionis, bona vendita, & subhastata penes eundem creditorem existant, teneri illa restituere; si autem illa non habeat creditor, non bona, sed pretium etiam duplicatum reddere teneri. *ex l. 2. §. 4. tit. 21. lib. 4. recopil. ibi. que le tornara loque asi pagare con el dolo, &c.* & in l. 4. ibi, de tornar y restituir loque asi vbiere resciuido, &c. sed leges illae nihil nostram difficultatem absoluunt, cum certi iuris sit, quod reuocata executione, siue bona reddantur debitori, siue non, pretium per creditorem

8 acceptum penes ipsum non remaneat.

Quare & adhuc ipse Azebet. perplexus in re hac tandem consulit, super omnia tenorem sententiae reuocatoriae esse inspiciendum, & attendendum. Azebetum etiam in praedictis referens sequitur Amador Rodrig. tract. de executione cap. 6. tit. quibus causis executio, &c. num. 35. Borgni. Caualea. in decis. 21. n. 36.

9 p. 4. dicit, quod sententia lata contra principalem venditorem nocet etiam emptoribus sub hasta citatis pro suo interesse, qui quidem videtur requirere citationem tertij emptoris, ut sententia illi officiat.

10 Hanc etiam nostram difficultatem mirabiliter tetigisse reperio Bald. Nouell. in tract. de dote. p. 12. nu. 70. in hac: Sed dubitatio surgeret, & quidem non parua, quid si dos fuit in pecunia, & mulier lata pro ea sententia, & pendente appellatione, interim obtinuit executionem, quia bona aliqua, puta, stabilia fuerunt sibi adiudicata in solutum, secundum formam l. à diuo Pio §. si pignora. ff. de re iud. & illa eadem dedit in dotem secundo viro; an dictum remedium attentati lata postea sententia infirmatoria in causa appellationis, obtinebit contra virum; nam videtur quod non, ex quo actus attentationis in parte dicti mariti, & sic tertij possessoris, non fuit in eadem re, super qua fuit lata sententia, & super qua pendebat appellatio, quia sententia fuit lata in pecunia, & sic super pecunia appellatio pendebat, insuper dictis bonis adiudicatis, cum dictum remedium attentatorum solum obtineat, maximè contra tertium, quando super eadem re, super qua est lata sententia, est attentatum, quasi tunc res ipsa dicatur effecta, quodam quasi vitio litigiosi propter pendendam appellationis super eadem re, & ita est de mente d. glossae supra allegatae in d. c. non solum. & Doctores in d. c. bona. Vnde tunc solum contra ipsam mulierem poterit succurri appellanti, qui obtinuit in causa appellationis, & hoc fortè, nisi ipsa mulier

non haberet alia bona, vbi possit succurri ipsi appellanti, quia tunc fortè in subsidium haberetur recursum contra dictum virum. *arg. l. si ff. de eo per quem factum erit. facit gl. in l. 2. §. 1. in verb. sui iuris ff. solutio mat.* Hæc ille Bald. Nouel. qui quidem nihilominus non firmans pedes in resolutionem, & cogitandum reliquit. nihilominus cum referens sequitur Vincent. Caroc. exceptione 44. n. 20. pro quo etiam citat Gratian. decis. 220. nu. 4. Lancelo. de attenta. 3. p. cap. 24. num. 50.

Quid tamen dicendum in tanta Doctorum varietate, ab similitudine, & instantia? illud quidem verius, & de iure, praxique receptum esse arbitror, ut vendita re per executorem, & in gradu appellationis, siue propter excessum, siue alia iusta causa, executio reuocata sit, bona à tertio empta in pristinum statum reponenda esse, & restituenda priori possessori obtinenti in appellationis iudicio, etiam ipso tertio possessore emptore non citato, etiam si clericus sit, quoniam illi mero iure praediuidi sententia, executionis reuocatoria, ad quod mouere ex sequentibus.

12 Primò, quia iste tertius possessor non habet ius in ipsa re principaliter, & deperse; sed dependens, causatum, & deriuatum ab illo iure principali creditoris, pro cuius satisfactione res illa subhastata fuit, cuique res principaliter interest. quare meritò succedit regula, quod executoriae expeditæ contra illos, quos negotium principaliter tangit, aut principaliter interest, & quique primum locum obtinent, praediuidium iis, quibus negotium, vel secundariò, accessoriò, aut in consequentiam tangit, etiam non vocatis, nec citatis, etiam ignorantibus generari, certi iuris est. quoniam tunc lis tractatur cum legitimo contradicatore, à quo aliorum ius deriuatur, vel oritur, qui que primus in eadem cõtrouersa partes obtinet. *text. optim. in l. 1. §. denuntiar. ff. de vber. inspici. ibi, denuntiar. autem oportet iis, quos proxima spes successiois contingit, &c.* & ibi, heredi instituto, non etiam substituto. & ibi, qui primum locum tenent, &c. & ex contractu. *ff. de re iud. l. si Patroni. §. si ff. ad Trebell. l. si superatus. vers. at qui. ff. de pign. l. si suspectam. in princ. ff. de inof. testa. l. de vnoquoque iudicio. ff. de re iud. & vbi mirabilis gloss. & ibi Ang. Imol. & Alex. Ozaf. decis. Pedem. 157. n. 1. usque ad 6. Caphal. cõf. 228. n. 22. lib. 2. Xuar. allegatio 27. n. 3. Moli. de primogen. lib. 4. cap. 8. n. 3. Anton. Gomez in l. 40. Tauri num. 73. Couar. practi. questio. cap. 13. num. 6. Mencha. de successione. lib. 1. §. 6. num. 28. Capietus decis. 107. Pincl. in l. 1. p. 3. C. de bonis mater. à num. 28. Padill. in l. vnum ex famil. §. si de fallen. num. 14. Gregor.*

Gregor. Lopez in l. 20. tit. 22. p. 3. verbo, pero causas. Oalora de nobilit. 2. p. 3. p. prin. cap. 8. num. 7. Tiraquel. in eodem tract. de nobilit. q. 37. à num. 2. exactè per Antem. Peregrin. tract. de fideicommi. art. 53. à n. 40. cum seqq. Tiraquel. in tract. res inter alios art. in prin. num. 5. & nos magnam iurium, & Doctorum cateruam adduximus supra hac 4. p. cap. de excess. de perso. ad perso. vers. tertia sit conclusio. n. 310. vltra quos, plures alios citat Marefcot. variat. resolu. lib. 1. cap. 86. art. 54. cum seqq. Paz tractatu de tenuta. quest. 43. à num. 1. cum seqq.

14 Ergo cum lis, & causa appellationis legitime prosecuta sit, & agitata per creditorem, qui res principaliter interest, ac defensionis competit, à cuius iure, hoc tertij emptoris, & possessoris deriuatum sit, & ortum; sententia reuocatoria obtenta tertio, cui negotium secundariò, & in consequentiam

15 tangit, debet nocere, etiam non citato. Commodum namque secundariò contingens, nõ est considerabile, cum quod principale est, spectandum sit, non quod venit in consequentiam. Inspecitur enim quod principaliter agit, non quod accessoriè, & in consequentiam. *l. cum ex oratione. §. si ff. de executio. suo Bal. in l. 1. num. 5. C. de leg. & in l. quod fauore. C. eodem. in 7. opposi. l. si quis nec causam. ff. si certum petat. & post Iff. Decium, & alios,*

17 Peregrin. de fideicommiss. art. 37. num. 24. sicut e contra non dicitur actus factus in praediuidium illius, cui principaliter non obest, sed secundariò gl. nota. in c. quamuis. de pactis. in 6. quam aduertit Gemin. ibi. & Peregrin. d. n. 24.

18 & origo, à qua reliqua vim capiunt, magis attenditur, & nobilior habetur. *l. quidquid. in prin. ff. de noxa. Mandos. in regul. 27. q. 20. num. 4. & in regul. 30. q. 2. n. 2.*

19 Deinde & secundò probatur, quia ius huius tertij possessoris procedit, & dependet à iure creditoris, quod sui natura erat variabile, reuocabile, & resolutiuum, ac ideo quod procedit à radice infecta, pullulare non potest. *Ancara. cons. 339. incipit pro maiori. num. 6. nam quando ex vna radice multiplex vitium nascitur, consequens est, ut eodem modo tollatur, & resoluatur. l. si libertam. in fi. C. de nuptijs. gl. in verbo, nouis. in c. fraternitatis. de testib. & facit text. in c. inter vos. de re iudi. ibi, quæ de ipso causam, &*

21 originem acceperunt. vitium enim, seu error paruus in principio, rotam massam corrumpit. *Bal. in proæmio decretal. sub num. 3. ante si. princi. vers. nam error. Hiero. Gonzal. in regul. de men. & alter. gl. 3. num. 36. data namque falsitatis origine, & actus omnis sequens, & dependens, est nullus. l. ex initio C. de fals.*

22 Simone. de reuocatio. quest. 6. l. num. 7. & sublatò fundamento, totum edificium corruit,

legi tecum. 26. ff. de exceptio. rei iudi. l. si. ff. de consuetu. pecul. veltigal. ff. de pigno. Rot. decis. 10. in fi. de preben. in antiq. ac deficiente fundamento, superadificari non potest. c. cum Paul. 1. quest. 1. c. veniens de presbyt. non baptizato. & sublatò antecedenti tollitur consequens. l. si cum se. ff. de pactis. c. ad petitionem. de accusa. Rota decis. 10. de preben. in antiq. Philip. Franch. in c. si. num. 18. de consuetudin. Geminia. in cons. 1. num. 6. 7. & 9. vbi latè. Castiador. decis. 17. num. 2. de prebend. hinc est 25 ut omisso principio non potest fieri transitus ad extremum l. si. C. vnde vi.

Hinc est, quod semper causa prima re- 26 præsentatur in secunda, in quam inuenit. *l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurato. Aymon. Crauct. cons. 131. num. 15. & cons. 144. n. 1. volu. 1. Hiero. Gonzal. in regul. de mens. & alter. gl. 3. num. 45. hinc meritò resolutio iure auctoris, resolutur ius tertij accipientis naturaliter 27 absque facto hominis, & solo iuris ministerio. l. lex veltigal. ff. de pignori. l. 1. C. si pignus pigno. datum sit. cap. 1. §. rursus. quibus mod. feud. latè in proposito Corbul. de iure emphyteu. c. 12. à n. 78. cum seqq.*

28 Tertio & hæc pars probatur, nam sententia lata super causa, censetur lata super cautata, & eodem modo exequitur in petitis, quæ dependent à causa, l. ex diuerso §. 1. cum ibi notatis per Bar. ff. de rei vindica. Innocen. in c. cum Ecles. satrina. circa prin. de causa poss. & proprii. l. quid tamen. §. si arbitror. ff. de arbit. l. si prator. in prin. ff. de iudic. latè & optimè probat Paul. Cast. cons. 275. à prin. lib. 2. & per huius reuocationis executionem titulum huius tertij possessoris reducitur ad non titulum, & causa ad non causam, ex iis, quæ inferius latè adducentur. ergo sententia lata super causa emptionis, hoc est, super iure creditoris, debet operari in causato ab ipso iure, & causa. Et huic fundamentum pertinet, quod eleganter dicit Hieronymus. Gonzal. in regul. de alter. gl. 34. sub num. 91. quest. 16 quod si vnus fuit prouisus de vna quarta portio- 29 ne, cuius vigore optauit, & ascendit ad dimidiam, & postea ad integram portionem; postmodum autem sententia lata est, qua declaratur collationem factam de illa quarta portione, nullam esse; vel quia erat reuocata, vel ex alio defectu, quod etiam huius sententiae virtute erit priuandus integra portione, quam nunc habet, quia procedit ab iniusto principio, infecta radice, à qua causatur hæc integra portio vltima optata; quia sententia operatur in causato, ut dixi, & faciunt quæ latè supra c. 9. à n. 19. cum seqq.

30 Quò pertinet, quod si clericus ob contumaciam, non ob delictum, fuerit priuatus beneficio, & alteri conferatur, si com-
paret,

parere, & absoluat, beneficium ipsum recipiet, etiam si iam alteri collatum fuerit. Achil. *decis. 1. de absolutione*, quia huiusmodi sententia privationis ob contumaciam, non ob delictum, est interlocutoria, & tandiu durat effectus illius, quandiu durat contumacia, quae est causa eius. Bal. *in l. 1. circa med. vers. extra opponitur. C. de postulan. Marefcot. optimè variar. resolutio. lib. 2. cap. 33. à num. 2. & supra dicens num. 10.* quod cessante contumacia, cessat poena ob contumaciam illata. *c. ex literis. vbi Felin. Decius & alij. n. 12. 17. & 18. de consuetu. latè Tiracq. tract. causa cessante. 1. p. cap. 57. & seqq. Foller. in practi. crimi. cano. cap. 33. num. 86.* & ita fuisse decisum in Rota in vna Romana benefi. S. Pet. 16. Iunij 1561. & in alia Romana Canoni. S. Angel. vltim. Februarij 1567. Litta. & in alia ciuitatis Castell. 16. Decemb. 1577. testatur Marefcot. *vbi proximè.*

31 Hinc est, quod multa sunt causatiuè, quae aliàs directè non permitterentur. Caltr. *conf. 2. vbi omnibus. num. 3. lib. 1. Bal. in l. venditor ff. de euctio. Rimi. conf. 300. num. 34. decis. Perusin. 8. num. 32. Vital. in d. clem. 1. num. 87. de procurato. latissimè prosequitur Cardin. Tusc. practicar. conclu. tom. 1. liter. C. concl. 16. 1. per totam. vbi varios casus congerit. & num. 6. post Bal. conf. 5. num. quid clericus. lib. 3. dicit, quod iudex secularis, coram quo litigat clericus, licet non possit clericum directè compellere ad compromittendum; tamen potest causatiuè, denegando illi audientiam, vel iustitiam, & num. 15. 16. & 17. & seqq. Zabarel. conf. 150. num. 7. vbi ponit alia exempla, quibus iudex secularis causatiuè habet iurisdictionem in clericos, non autem directè. Ab. conf. 6. lib. 1. plures allegat Tusc. *vbi proximè.**

33 Pariter etià huius est farinae, quod si quis habens aliquam portionem, & optauit canonicatum, in portionem dimissam nouus alius portionarius fuit prouisus, post aliquot tempus fuit euctus canonicatus primo loco operatus, & ad dimissionem condemnatus possessor, quia erat referuatus, vel aliter affectus, euctio, & condemnatio officit huic tertio nouiter prouiso in portionè, ad quam victus redit, & tertius prouisus remanet sine illa, & inanis. Et sic etiam dicendum, si plures gradatim optauerunt, vt prima praebenda eucta, omnes gradatim descendant, text. *in c. si beneficio 20. vbi notat Anchar. nota. 8. num. fi. & Franch. num. 4. de preben. lib. 6. Hier. Gonzal. in d. regul. de men. gl. 34. à num. 94. & gl. 31. num. 44.* dicentes, quod quando adest

35 defectus in principio, & in primo gradu, & ille est causa defectus electionis successuè in pluribus gradibus, primo eucto, & restituito, aduersus secundum restituitur, secundum

aduersus tertium, & sic de singulis successiue, quia procedunt à radice infecta, quae necessariò influunt in causato.

Quartò & pro hac parte adduco mirabilem text. *in l. 1. C. de reputationi. per quem dicit Parlador. lib. 1. rerum quoti. cap. 3. §. 5. sub num. 16.* quod si minor restituitur aduersus venditionem, cuius causa vectigal soluerat, officit etiam publicano pro vectigali, quia restitutio omnia ad pristinum statum redigit, etiam aduersus tertiam personam, iuxta *d. l. 1. alia in comprobatione adducit ibi Parla. cui conducit, quod & ipsemet Parlador. d. cap. 3. §. 2. num. 40.* dicit post Castell. *in l. 70. Tauri. verbo, del Remate.* quod si debitor condemnatus intra tempora à lege seu consuetudine introducta, rem aditam à tertio retraxerit, vectigal itidem à publicano recuperabit, cum pendat, proueniat, & oriatur à causa variabili, & resolutua.

Igitur cum excessus reponatur, vel aliter executio reuocetur, reddique, & restitui bona alienata obtinenti iubetur, merito tertio, qui causa & cōtēplatione ipsius executionis reposita, & reuocata, possidet, nocere debet.

Quod vltimè, & quintò probatur, quoniam restitutio quae fit (non ex gratia,) sed ex iustitia, & iuris dispositione, & effectu, ex causa, scilicet, quae inest à primordio tituli, & ex causa de praterito inhærens contractui, sit tertio prauidicium, tollit enim ius tertij, & in eius prauidicium operatur. *l. in causa. 1. §. fi. cum duab. legib. seqq. ff. de minor. ff. de euctio. l. Iulian. & l. cum miles. §. si. ff. ex quibus caus. maior. latissimè disputat, examinat, & resoluit doctissimus Sarmien. selectar. inter. lib. 5. super l. Gall. §. & quid si tantum. à num. 68. & seqq. vbi multa eleganter ad propositum videndum congerit, post Raphaël. Comes. & alios, quos citat, & sequitur Acofta *in d. §. & quid si tantum. fol. 46.**

Cuius doctrinae illam reddit rationem mirabilem Bal. *in l. in testam. num. 6. C. sententiam passis* quia restitutio, quae procedit per viam iuris scripti, inhæret à primordio, ita quod ius transferentis ab initio non fuerit liberum, vnde merito rescissioni est subiectum, arg. *l. lex vectigal. ff. de pigno. latè resoluit multis citatis Doctoribus Mier. tract. de maiora. 4. p. quæst. 23. à num. 26. cum seqq. vbi quod restitutio facta ex gratia, operatur in prauidicium tertij, & etiam fructuum restitutionem, quem vide. vide etiam à num. 66. cum seqq. vbi multa ad propositum, & pro*

41 Quod & fortiter corroboratur, nam restitutio facta ob iniustitiam condemnationis, & ob innocentiam condemnati, quae potius ex iustitia dicitur, non solum comprehendit

prehendit bona ablata, & incorporata in fiscum, sed etiam trahitur ad bona in tertium possessorem alienata, & translata per ipsum fiscum, ex pluribus Doctorum authoritatibus, iuribus, & rationibus comprobatur, & dicitur communem D. Oddus *in tract. de restitu. in integ. 2. p. quæst. 99. art. 13. num. 116. & seqq. in integ. 2. p. quæst. 99. art. 13. num. 116. & seqq. legal. quæst. 19. num. 60.* Menoch. *de presumpcio. 46. num. 2. lib. 5. Ant. Peregrini. de iure fisci lib. 5. tit. 2. num. 2. i. iuncto num. 44.* vbi alios refert Prosper. Farin. *in prax. crimi. quæst. 6. num. 29. tom. 1.*

42 Imò & illud fortius est, nam etiam restitutione à Principe facta ex gratia, qua simul declaratur, confiscationem haberi pro non facta, & irritam esse, tunc tollitur per ista verba ius tertio quaesitum, omniaque decisa, & secuta ex tali condemnatione resoluuntur, & retractantur, secundum *gl. in l. 1. in verbo, pro infectis, de immuni. eccles. per quam Card. in c. quia diligenti. vbi etiam Immol. in fide electio. Deci. conf. 252. col. penult. in fi. & seqq. Crocus conf. 129. Iacob. Porti. Immol. conf. 48. num. 7. col. 2. in fi. vers. venio ad secundum. latè Roland. à Vall. conf. 45. num. 29. & seqq. lib. 4. Oddus Perus. *in d. tract. de restitu. in integ. 2. p. quæst. 99. art. 12. num. 109. & seqq. & latè per Prosp. Fari. vbi proximè à num. 35.* vbi alia adducit. Ergo pariformiter erit dicendum in terminis nostrae principalis difficultatis, in qua reuocata executione per latam postea sententiam, illa prima dicitur illicitè praecessisse, & omnia retro acta pro illicitè attentatis corruunt ipso iure, Franch. *decis. 120. & 136. & decis. 188. Gratian. decis. 120. & considerantur retro, ac si facta non sit executio, nec sententia lata secundum eundem Franch. & Sacc. conf. 78. num. 16. Intrigil. lib. 2. singul. 136. num. 87. Muscarell. de fideiuss. 1. p. mod. 18. num. 14. Gonzal. ad regul. Can. gl. 6. num. 183. plures citat Giurb. *decis. 39. n. 14.***

43 Sextò, & quando reuocata executione, tertius, eius vigore, & contemplatione possidet, comprehendatur, tenet Bal. *in l. in testam. num. 6. C. sententiam passis*, ex eo, tum quia haec qualitas resolutua inhæret à primordio, & cum eadem transit in emptorem. Et quia ius tertij non est actus deperse, sed dependens à priori (puta, iure creditoris) ac ideo ad rescissionem antecedentis sequitur rescissio sequentis, iuxta *l. non est nouum ff. de condit. indebi. l. qui repudians. §. si ff. de inof. ficio. §. restam. & quia cum isti duo actus, & iura causantur ex vna radice, tunc ambo vna rescissione tolluntur, ex *l. libertam. C. de nuptijs.* Patet insuper manifestè, quod ius tertij possessoris, emptoris sit, dependens à iure creditoris, cuius contemplatione fuit*

45 46 47 48 49

res illa vendita; nam dato, quod iste tertius citetur, vel libenter compareat ad prosecutionem appellationis, non aliter, nec alia ratione potest suam rem, emptionem, & possessionem defendere, quam ex iure creditoris dumtaxat, nec aliud in iudicium deducitur. Ergo sententia lata contra ius creditoris, cui negotium principaliter tangit, tertio etiam non citato, qui ius habet secundariò, & in consequentiam, debet nocere, iuxta ea, quae diximus in primo fundamento huius partis.

Et in terminis, quod executio, & subhastatio facta vigore decreti nulli, & reuocata influat in quemcumque accipientem possessionem, fuit tentum in vna Romana. spolijs 21. Februarij 1600. coram Iusto, testatur Marefcot. *variar. resolutio. lib. 2. cap. 6. num. 5.* qui num. 6. declarat, vt tunc tertius possessor restituere teneatur, iuxta Fulgosium (quem citat) *conf. 136. num. 1. & conf. 127. num. 2. & conf. 190. in fi.* & quod reuocata executione, cuius contemplatione tertius possidet, tertium afficiat, tenet etiam in terminis Giurb. *in decis. 89. per totam. & conducunt, quae Mastrell. decis. 29. praecipue ad fi. facit insuper quod dicit post alios Borgnin. Cauale. decis. 45. num. 70. p. 5.* quod quando sententia facit ius quoad omne, lata contra principalem, nocet tertio possessori.

Hanc etiam nostram difficultatem mirabiliter tangit in similibus terminis Lafarte *in tract. de decim. venditio. cap. 14. à num. 61. & Ab. Panor. conf. 69. incipit Christi eiusque Martis. lib. 1. vbi dicit, quod facta executione pro aliqua quantitate, & subhastatis bonis cōdemnati, à qua executione appellans, meliorem, & reuocatoriam sententiam obtinuit, tunc nocere tertio emptori bonorum. Etenim sententia illa reuocatoria iure appellationis à superioribus pronunciata, sic priorem inferioris sententiam annullauit, & extinxit, vt retrorsum nihil factum esse intelligatur. ac per consequens videtur venditionem illam bonorum debitoris sic esse retrorsum resolutam, ac si nunquam à principio fuisset contracta; etenim apud quemcumque possessorem bona illa inueniantur, absoluto reo restituuntur, perinde ac si nunquam vendita essent, nec à dominio eius exiuisissent, allegat ad id Lafarte *ibi l. Chirographis §. fi. in fi.* vbi bene explicat B. *ff. de admimis. tuto.* dicit insuper ipse Lafarte, quod ius quaesitum est ipsi emptori ad res empras reuocabiliter, nō scilicet firmiter, sunt quippe omnia eius iura appellationi per debitorum exequatam interposita; obnoxia, secundum Abbatem supra. nam cum vigore latae sententiae venditio illa bonorum per iudicem*

iudicem fuerit celebrata, & per appellatorem, & litem ius sententiae sit suspensum, dubium non est, quin & venditio ipso eodem morbo laborare videatur, ac proinde nullum ius firmum emptorem fuisse consequutum, sed reuocabiliter, iuxta text. cum sua gl. in l. si quis §. quod si quis. ff. de in iusto. in pro. text. in d. l. Chirograph. in fi. ibi, vt obnoxius priori sententiae esset. vbi bene notat B. ac inde in hoc casu cessare regul. l. id quod nostrum. de regul. iur. quam planè in iure irrevocabiliter quæsitò, non tamen reuocabiliter (vt hic) locum habere, dicit Lafart. vbi proximè sub d. num. 62.

56 Cum hac enim tacita qualitate & conditione resolutiva, & variabili à principio, emptor rem subastavit, & contraxit, cum sciat, rem illam vendi ex iure litigioso, super quo ventilarur, eiusque dubio euentui ipse se submisit. contractum enim faciens intelligitur se omnibus conditionibus, & legibus, de ea re loquentibus, astrinxisse. text. est in l. si duo. & ibi B. & Paul. Castr. ff. de acquir. haredi. Tiraq. de reu. conuentio. §. 1. gl. 2.

58 num. 14. fol. mibi 578. nam qui cum alio contrahit, vel scit, vel scire debet conditionem eius cum quo contrahit, l. qui cum alio. ff. de regul. iur.

Qui quidem Lafarte d. c. 14. num. 62. mouet mirabilem quæstionem, cuius resolutio nostræ absoluit difficultatem, in hæc inquit ille: Sed vterius in hoc resolutivæ venditionis proposito tria ad iudicalem praxim animaduertenda sunt. Primò quòd si in quocumque casu de his, quibus dixi, vel propter nullitatem, vel propter resolutionem contractus, decimam non deberi, solutamque posse repeti à gabellario, lis, controuersiaque moueatur inter ipsos contrahentes, emptorem, & venditorem, & tandem de nullitate, vel dicta resolutione sententia feratur: si quæras an nocere debeat gabellario, respondendum fore in hunc modum:

59 Quòd si sententia est arbitraria, vel per contumaciam alicuius contrahentis lata, non facit ius contra gabellarium. Si autem est sententia contradictoria, & sic causa plenè cognita pronunciata, ius facit contra gabellarium, & fiscum, quia cum legitimo contradicere lata est. nec erit admittendus gabellarius, etiam si citatus in lite non fuisset, si velit à sententia appellare, aut alia quacumque via contra eam agere, vel excipere, nisi collusionem contrahentium in factò, & probare offerat, aliàs tenebitur iuxta latam sententiam receptam decimam restituere venditori. Hæc ille Lafarte. cui consonant, quæ à principio huius quæstionis considerauimus pro hac parte.

Prædictis accedat Bartoli doctrina in l. 3. 61 num. 25. vers. sed an possit adhiberi. C. de pignori. dicentis, quòd alienatione recisa à lege, vel à iudice, potest executio fieri contra tertium singularem successorem. sequitur Petr. Surd. tom. 3. cons. 405. numero 8. Roderic. Xuar. in l. post rem. limi. 1. ad l. Reg. num. 5. Matthias Colle. in tract. de processu. executi. 2. p. cap. 3. num. 434. & plures alij statim citandi. & ex capite iuris resolutiui, sententia lata 62 contra Authorem, nocet successori, etiam non citato. Plures refert Surd. cons. 189. num. 8. tom. 2.

Vides igitur iure esse verissimum, vt sententia reuocatoria executionis, cuius causa, & subastatione tertius emptor possidet re, illi etiam non citato noceat ex natura cause, & iudicij, quòd & in clerico eisdem rationibus obtinere, non ambigitur, & in vtroque insuper probatur. Etenim propterea pactum de non alienando hypothecæ appositum, afficit tertium emptorem, & in eum executio 64 locum habet, quia cum venditio, & alienatio nulla sit, & à lege recisa, adhuc consideratur rem esse in potestate debitoris, vt per text. in l. si creditor. §. si ff. de distractione pigno. & in l. ea lege. C. de conditione ob causam affirmatam. l. si. tit. 5. p. 5. docent Bart. in l. creditor. num. 10. & ibi Salicet. C. de pigno. Roderic. Xuar. vbi proximè d. num. 5. Anton. de Butr. in c. quia G. de iudi. num. 13. Ripa in l. §. si heres. num. 22. ad Trebell. Immol. & l. si quis ita §. ea lege. ff. de verbor. obligatio. Menoch. plures referens de adips. rem. 6. num. 133. Villal. in arario commu. opinio. lit. A. num. 139. communem dicit Turza. in volum. commu. opinio. lib. 14. verbo, pactum de ingrediendo. Couarr. lib. 2. vari. cap. 15. Dueñas regul. 240. limi. 1. Anton. Gabriel commu. opinio. lib. 3. tit. de pignor. concl. 1. Gregor. Lopez in l. 73. tit. 18. p. 3. verbo, nilas en axenaria. Emanuel Suarez in thesaurò recepta. sententiar. verbo, alienatio, & verbo, prohibitio. Parlador. rerum quoti. c. fi. 4. p. §. 5. à num. 18. lib. 2. Amador Rodri. de exec. cap. 4. à num. 47. Paz in pra. 4. p. tom. 1. c. 10. num. 49. Matthias Colle. de processu. execut. 2. p. cap. 3. num. 434. Felician. in tract. de censu. lib. 1. cap. 4. num. 6. Matienf. in l. 1. tit. 17. lib. 5. recapila. gl. 3. num. 6. Aluar. Vallasc. de iur. emphy. 1. p. quæst. 32. à num. 13. Ioann. Gutierrez in repeti. l. non potest. num. 38. & idem lib. 2. practicar. quæstio. quæst. 167. num. 4. Azebed. in l. 1. tit. 5. lib. 5. recap. num. 8. Gasp. Rodrig. de annu. reddit. lib. 2. quæst. 9. num. 57. & supra. Leo. Gomez in centur. respons. 59. Ant. Gomez in l. 40. Tauri. num. 19. Petr. Dueñas in regul. 240. n. 7. limi. 7. Tiraquel. de retractu. lib. 2. §. 3. num. 8. Petr. Surd. cons. 405. à num. 8. & 9. Gratia. discepta. forens. 1. p. cap. 16. qui quamplurimos alios

65 alios allegant, apud quos etiam latè videbis, an hypotheca hoc casu debeat esse specialis, an sufficiat generalis. Et in proposito vnum optimum dicit Paz vbi proximè, quòd ad huiusmodi executionem faciendam contra tertium hunc rei emptorem, stante dicto pacto de non alienando, eius non requiritur citatio, sed quòd sufficiat, fieri litem cum principali debitorè, cui ius, & negotium principaliter tangit.

67 Sed huiusmodi doctrinæ ratio omnino militat in casu, de quo loquimur, quippe reuocata executione, omnia retro iudicantur irrita, & infecta ipso iure, vt ex Franch. Gratia. Sacci. Intrigil. Muscarell. Giurba, & aliis diximus supra hoc capite, in quinto fundamento huius partis ad fi. num. 43. & multò fortius, quando reuocatur ex capite 68 excessus, quia semper à principio adest euidens nullitas, latè resoluimus supra hac 4. p. cap. 3. vers. intra quòd autem tempus excessus, &c. à num. 101. & etiam est attentatum, vt inferius dicemus. adèd vt quando executor inordinatè, & nulliter procedit, 69 possessorem possessione rei ablata non probat, nec acquiritur, nec transfertur in eum, cui executor tradiderit, vt exactissimè comprobauimus supra hac 4. p. cap. 8. vers. nunc tractandum. à num. 100. igitur in hunc tertium emptorem rectè procedit executio sententiæ reuocatoriæ, & rescissoriæ executionis, cuius ipse contemplatione possidebat, quia ei officit, etiam non citato, tam Clerico, quàm laico, prout communiter practicitur apud omnia tribunalia.

70 Difficultas tamen erit, an executor secularis, qui de repositione commissæ tractat, possit in Clericum sic possidentem, & declinantem exequi, & ab eo rem auocare, & an à censuris, & inhibitione expedita per Ecclesiasticum iudicem, coram quo comparuit Clericus, ratione suæ possessionis, appellationi emissæ non deferens vim faciat.

Hic duo nobis se offerunt examinanda, primum, an executor laicus, coram quo Clericus comparet opponens de sua possessione, & simul declinans, sit competens ad cognoscendum, an Clerico officiat sententia, per laicum lata, de cuius executione tractatur. In quo articulo multis omissis, quæ hinc inde in medium possem adducere; breuiter respondeo: iudicem, seu executorem secularem, esse competentem huius articuli; primò ex determinatione Stephani Aufser. in tract. de potesta. secular. super 72 Ecclesiis. num. 10. fol. 10. dum inquit, quòd si Clericus vult tanquam tertius possessor rei, super qua lata est sententia inter laicos per

iudicem secularem, se opponere ad illius executionem impediendam, debet coram eodem iudice laico executore hanc facere oppositionem, ex Bald. doctrina in l. testamenta. C. de testamentis. & Sali. in l. consulta. C. eodem tit. tenet etiam Anton. de Canar. in tract. de executio. quæst. 57. qui allegat d. Bald. in l. si. C. de edict. diui. Adria. colu. 12. dicentis, 73 quòd si hæres scriptus petat, se mitti in possessionem hæreditatis, ex beneficio dictæ legis coram iudice seculari, si Clericus voluerit contradicere, dictum iudicem secularem debet adire. & idem tangit Carol. de Tapia in compil. iur. Reg. Neapoli. rubr. 42. in c. Regni conuentus. verbo, conuentus. sub tit. de aliena. iudi. fol. 228. remissiuè ad Fr. loord. & ad Petr. de Ancar. cons. 394. Aufser. in clem. 1. de offi. ordi. regul. 2. fallem. 10. Guillelm. in c. Raynutius. in verbo, & uxorem nomine.

Quia Clericus coram seculari iudice de 74 possessione sua allegat tenetur, & summam docere, ad hoc vt fori declinatoria locum habeat, de qua iudex ipse laicus rectè cognoscit. Hanc doctrinam pulcherrè docet Ancaran. in c. ea quæ. quæst. 17. num. 21. de regul. iur. in 6. Capic. decis. 8. num. 3. Decius cons. 706. Aymon. Crauet. cons. 3. in fin. Alexan. in l. de populo. §. si seruo. ff. de noui oper. nuntiatio. & post Felin. tenet Christophor. de Paz in tract. de tenui. quæst. 63. sub num. 33. & 21. p. 2. vbi bene tractat, quòd clericus ratione suæ possessionis debeat executioni se opponere coram iudice seculari exeunte. probat Ancharan. cons. 333. vbi de re hac, quem latius vide. Franch. decisione 545. n. 10. Giurba decisione 62. num. 2. ad fi. ad effectum, vt causa remittatur ad Ecclesiasticum, eo quòd sententia sibi nullo modo nocet ratione suæ legitimæ possessionis, de qua summam & incontinenti docet coram executore laico ex d. Doctoribus.

Et in terminis nostræ difficultatis ita ex 75 pressè determinauit Vicaria Neapolitana, vt testatur Afflic. decis. 380. vbi de declinatoria, & oppositione facta per Clericum, ad impediendam executionem sententiæ, latæ in eadem Vicaria; ipsamet cognouit, & declarauit. quæ iustificatur decisio, ex Doctoribus mox citatis, & citandis, quia si reperitur Clericum vel non possidere, vel possidere eo modo, quo sibi sententia lata per laicum noceat, & virtualiter comprehendit, secularis exequitur.

Et facit etiam, quia quoties res transit 76 affecta in Clericum, iudici seculari non tollitur iurisdictio respectu rei affectæ, etiam si Clericus eam detineat, vt docuit Bald. in l. de his. C. de Episcopis & Cleri. & in Auth. sed & periculum. C. sine sensu vel reliquis. gl. in l. numer. §.